

*De figuris lapidum, &c.*

men ab Onychio corruperunt illite-  
rati, sicut & Nicoli alterius speciei in  
codem genere. Alius est Trichrus Pli-  
nio, à triplici colore dict⁹: niger ipse,  
succos verò reddēs, à radice nigrum,  
medio sanguineum, summo candidū.  
Chelonites etiam ille, quem vulgò à  
Bufone denominant, lapis è candido  
fuscus, in medio quandoq; cœruleū  
habet oculum. Zenothemis tradit  
onychem plures habere varietates, i-  
gneam, nigram, corneam, cingētibus  
candidis venis oculi modo: interueni-  
entibus quarundam oculis, obliquis  
venis, Idem.

Dentes fos-  
siles. Dentes quoq; fossiles inueniuntur  
alicubi, siue ex cadaueribus animaliū  
quorundam, siue sponte naturæ orti.  
Dentē in lapidem versum Aldrouan-  
dus Bononiæ seruat.

1. *Lapis Hyæniæ nomine à præstanti En-  
fishemij medico Ge. Pictorio ad me missus,*  
*Ombrijs quorundam fortè cognatus, durissi-  
mus,*